Jacobus <de Voragine>: [Legenda aurea ] Legenda sanctorum seu Historia longobardica

[Köln: Ludwig von Renchen], [ca. 1486] Seite 436



uisio que militem texit ꝛ regem. O ineffa
bile donũ quod vestire meruit deitatẽ. Di
gne huic domĩe confessiõis tue premia cõ/
tulisti. digne ei arrianoꝝ subiacuit feritas.
digne amore martirij persecutoris tormen
ta non timuit. Quid erit pro oblatione in
tegri corporis recepturus: qui pro quanti/
tate vestis exigue vestire deum meruit ꝛ vi
dere. Sic sperantibꝫ ↄtulit medicinã: vt ali/
os supplicationibus alios visu saluaret

## De sancto Bricio.

Bricius sancti
martini archidyaconus eiꝯ plu
rimũ emulus. multa eidem sancto conuitia
inferebat. Nam cũ quidam pauꝑ martinũ
requireret: dixit ei Bricius. Si illum de
lirũ queris ꝓspice eminus. ille est enĩ qui
quasi amens celum respicit. Cũ igit̃ pauꝑ
a Martino quod petierat accepisset: vir sã/
ctus Bricium ad se vocans dixit. An ego
tibi delirus videor Brici. Quod cum ille
pre verecundia se dixisse negaret: ait mar/
tinus. Nõne aures mee ad os tuũ erant qñ
hoc eminus loquebaris. Amen dico tibi:
quia a deo obtinui: vt mihi in episcopatu
succedas. sed scies te in episcopatu multa
aduersa passurũ. Quod Bricius audiẽs
irridebat di. Nonne verũ dixi istũ delirum
esse. Post mortẽ igit̃ sancti Martini Bri
cius in episcopũ est electus: qui deinceps
orationi vacabat. Et licet adhuc superbus
tñ corꝑe castus erat. Anno aũt epatꝰ sui
xxx. mulier quedã religiose vestita: que eiꝰ
vestimenta lauabat concepit ꝛ peperit filiũ
Tunc omnis pp̃ls cũ lapidibꝫ ad eiꝰ ianuã
congregatus est d. Diu pietate sancti mar
tini luxuriã tuã dissimulauimꝰ: sed iam ne/
quaꝙ manus pollutas osculari valemus.
Illo autẽ viriliter hoc negante: adducite
ait ad me infantẽ. Quo allato cũ. xxx. esset
dierũ: dixit ad eũ Bricius. Adiuro te per
filiũ dei vt nũc dicas corã õnibus si ego te
genuerim. Et ille. Non tu inquit es pater
meus. Populo aũt vrgente vt quis eẽt pr̃
requireret ille ait. Non est hꝰ meũ. Feci qđ
ad me ꝑtinuit. Populus aũt hoc totũ magi
cis artibꝰ attribuebat: di. Nequaꝙ nobis
falso pastoris noĩe dominaberis. Tunc ille
pro sui purgatione prunas ardentes vsꝙ
ad tumbã sancti martini cũctis videntibus
deportauit. Proiectisꝙ prunis vestis eius
illesa apparuit ꝛ ait. Sicut vestimentum a
prunis mansit illesum. sic corpus meum a
contactu mulieris est mundũ. Populo aũt
adhuc non credente sanctũ Briciũ cõtu/
melijs ꝛ iniurijs afficiũt. ꝛ a sua dignitate
eijciunt. vt verbũ quod sanctus Martinus
dixerat impleretur. Tũc Bricius flẽs pa
pam adijt. ꝛ septẽ annis ibidẽ permanens
quicquid in sanctũ martinuꝫ deliquerat pe/
nitendo deleuit. Populus aũt Iustinianũ
prefecit ꝛ romam contra Briciũ misit: vt
epatum contra Briciuꝫ defensaret. Quo
dũ tenderet in ciuitate vercellensi vitã fini
uit. ꝛ Armeniũ loco eius pp̃lus oĩs prefe/
cit. Septimo igit̃ ãno Bricius cũ aucto
ritate pape rediens: sexto ab vrbe miliario
hospitiũ accepit. ꝛ Armenius eadeꝫ nocte
spm̃ exalauit. Quod Bricius ꝑ reuelatio
nem cognoscens: ait suis vt surgerent ꝛ se
cum ad tumulandũ Turonẽsĩ. epm̃ ꝓpe/
rarent. Cum igitur Bricius ciuitatem per
vnam portam ingrederetur: ille per aliam
mortuus efferebatur. Quo sepulto Bric
cius sedem suam accepit. ꝛ septem postmo
dum annis presidens ꝛ vitam laudabileꝫ
ducens. xliij. ãno episcopatus sui in pace
quieuit.

## De sanctis Kuniberto ꝛ Elizabeth que re in fine scđm iudicium tabularum.

## Prologus de nomine Cecilie

Cecilia quasi celi lilium. vel cecis
via. Uel a celo et lya. Uel Ceci/
lia quasi omni cecitate carens. Uel
dicitur a celo et leos: quod est populus.
Fuit enim celeste lilium per sue virgini/
tatis pudorem. et cecis via per exempli

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0435
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG